



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

20 Episcopi cura esse debet de Sanctorum invocatione, & sacrorum  
reliquiarum ac imaginum honore, ac veneratione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

erant. Bart. in l. 1. §. hoc edito, in fin. ff. de postul. & Cravet. in cons. 88. num. 3.

20 Tertio † Episcoporum ordinaria auctoritate præcipua cura esse debet, ut populum, totumq; gregem sibi ipsis, ac suæ fidei commissum, juxta sacrorum conciliorum decreta de sanctorum intercessione, invocatione, sacrarum reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu diligenter instruant, & doceant atque imagines Christi, & Deiparæ Virginis, & aliorum sanctorum in templis præsertim habendas, & retineas, eisque debitum honorem, & venerationem impartendam curent, ut per conc. Trident. de invoc. venerat. & reliq. sanctorum, sess. 25.

Nemini tamen licet ullo in loco, vel ecclesia, etiam quomodolibet exempta, aliquid insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda sunt † nova miracula, nec novæ reliquiæ recipi debent, nisi eodem Episcopo recognoscente, & approbante, qui, simulatq; de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea facere debet, quæ veritati, & pietati consentanea judicabit. concil. Trid. ubi supra, §. hoc ut fidelius, & cap. 2. de reliq. & vener. sanct.

De miraculis autem, ac sacris imaginibus copiose, & bene scripsit Majol. in suo lib. de sacr. imag. per totum, & si aliquod dubium, aut difficilis † abusus circa miracula, & imagines esset extirpandus, vel aliqua de his gravior quæstio incideret, Episcopus, antequam judicat, Metropolitanus, & comprovincialium Episcoporum in concilio provinciali sententiam debet ex-

pectare, ita tamen ut nihil, inconsulto Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia hætenus inusitatum decernatur. Concilium Tridentinum, ubi supra de invoc. vener. & reliq. sanct. in fin. Sanctorum vero reliquiæ, si sint antiquæ, haberi debent in veneratione in qua hætenus habitæ fuerint, si verò sint novæ, Episcopus servare debet formam ejusdem decreti concilii ut super eod. decr. fuit à sacra congreg. decisum. sub titu. Casar Augustan. Sanctorum vero reliquiis venerationem, atque honorem non deberi, vel eas, aliaque sacramonumenta à fidelibus inutiliter honorari atque eorum opis impetrandæ causâ sanctorum memorias frustra frequentari asserentes, ab ecclesia sunt damnati, concil. Trident. eod. decreto sub tit. de invoc. vener. & reliq. sanct. §. sanctorum quoque sess. 25.

23 Quo autem honore, & reverentia † reliquiæ sint servandæ, observantia urbis Romæ, omniumque aliarum civitatum, & locorum Christi fidelium satis docet, quibus in locis maxima veneratione habentur, & præcæteris à Carolo Emmanuele Sabaudia Duce magno studio servatus † Evangelica illa syndon, qua Christus ad sepulturæ mysterium involvi dignatus est, quam eandem illam esse, de qua Evangelistæ omnes testati sunt; Matth. cap. 27. Marc. cap. 15. Luc. cap. 23. & Ioan. cap. 19. post alios, quos citat, tradit Majol. de sacr. imag. cent. 1. cap. 4. §. hujusmodi autem. Idem testatur Alphonsus Paleot. Archiepiscopus, Bonon. in explicat. sacr. syndon. c. 2. in princip. in qua quamplura scitu, consideratione, & meditatione digna ab omnibus Christi fidelibus essent videnda. Prioribus quidem seculis servorum